Quod semper uis esse tuū· sic spargere rura
Nolle carere fuit· quidenim substantia prodest
Quę seruata perit· quā sideris arce locatam
Commodius qui cedit habet· pce creditor inde
Usure maioris opem· gazasq; recondet
Quo nequeat aduersa pati· nondeerit ullus
Per pcuas ibi casus opes· sine fine tenebis
Quę dominū debere facis; nunc aspice partes
Lector docte pias· & tecū mente sagaci
Uolue quid esse putes· rutili quia pompa metalli
Ponitur ante pedes· sacris nontradita dextris
Destitui debere probant quodtangere uitant
Calcandumq; docent quod subdunt gressibus aurum
De quo terrene ueniunt adpectora curę
Consimili iactatur humo; quo sistat auare
Mens tua disce loco· quod tu custodis anhelus
Quod statione premis· quod cernere sepius ardor
Cuius inamplexus psomnia cuncta recurris
Horrescunt tractare pii nec tunc quoq; gestant
Cū bona facta parat· quantū speculamur inillo
Stare nefas· & dona gerens contempnitur aurū
Occidit infelix ananias uulnere culpę
Fur census sub fraude sui· cadit impia coniunx
Supplicio pcussa pari· quia crimine abuno
Fit commune nefas· quotiens scelus ante pactum

Gotha Memb. II 115

Sanguine munda tuo lateriſ qui fluxit ab ictu
Diſcrete coniunctuſ aquę maculoſuſ oberrat
Anguiſ & extinctum lymphiſ gemit eſſe uenenum
Comperit accituſ quę ſit ſua uiſio petruſ
Demerito qui nomen hab& nam petruſ hebreo
Agnoſcenſ ſermone ſonat· p̄ munere xp̄c
Sic uocitare dedit· quo cognoſcente pateſcit
Deſcendit uiſuruſ eoſ· quoſ miſerat illuc
Qui latiū queſitor erat· deſcendere petruſ
Dicitur ad plebem ueniens· gentemq; nouellā
Quę necdū cognorat aqua parſ merſa p̄fecto ē
Sacro fonte carens· cuiuſ uia ducit euntes
Ad patrię melioriſ opem· qua pergere ceſſans
Non intrat quo uita uocat comitantib; iſdem
Cornelii ꝓperat celeſtia regna daturuſ
Sanctificare domum genibuſ quem poplite flexo
Non ſinit aduolui· gratiſ dare munera ſueuiſ
Art& honoriſ opuſ caput huic nouuſ erigit orbiſ
Qui p̄cuſſuſ erat antiqui dente parentiſ
Natalemq; tibi fonſ reddidit· edite rurſuſ
Nec preme colla tuiſ· alieniſ libera culpiſ
Ut primū fari ſublimia dogmata petruſ
Coepit & ęterni myſteria pandere xp̄i
Magnanimeſ ſtupuere uiri uocemq; ſequentes

Gotha II 115